

# PROPRIO DE LA MISA

## SANTA CATALINA

### Virgen y mártir

25 de Noviembre - Fiesta clase 3.<sup>a</sup> - Rojo

*Salmo 118.46-47,1* INTROITO

LOQUEBAR de testimoniis tuis in conspectu regum, et non confundebat: et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi nimis. *Ps.* Beati immaculate in via: qui ambulat in lege Domini. Gloria Patri.

Hablaré de tus prescripciones ante los reyes y no me avergonzaré ; me deleitaré en tus mandamientos: ¡los amo!. Salmo. Dichosos los que, puros en sus sendas, caminan en la ley del Señor. *Ÿ.* Gloria al Padre.

COLECTA

DEUS, qui dedisti legem Móysi in summitate montis Sínai, et in eodem loco per sanctos Angelos tuos corpus beate Catharinæ Virginis et Mártiris tuæ mirabiliter collocasti: præsta, quæsumus; ut, ejus méritis et intercessióne ad montem qui Christus est, pervenire valeamus. Per Dóminum.

¡Oh Dios!, que has dado la Ley a Moisés en la cima del monte Sinai y que milagrosamente has colocado en él por medio de los ángeles el cuerpo de tu santa virgen y mártir Catalina; haz, te lo suplicamos, que, por sus méritos e intercesión, podamos llegar al monte que es el mismo Cristo. El cual vive y reina.

*Eclesiástico 51.1-8,12* EPÍSTOLA

CONFITEBOR tibi, Domine rex, et collaudabo te Deum salvatorem meum. Confitebor nomini tuo: quoniam adjutor et protector factus es mihi, et liberasti corpus meum a perditione, a laqueo linguæ iniquæ, et a labiis operantium mendacium, et in conspectu adstantium factus es mihi adjutor. Et liberasti me secundum multitudinem misericordiæ nominis tui a rugientibus præparatis ad escam, de manibus quærentium animam meam, et de portis tribulationum, quæ circumdederunt me: a pressura flammæ, quæ circumdedit me, et in medio ignis non sum æstuta: de altitudine ventris inferi, et a

Te celebraré, Señor, y Rey mío; te alabaré, Dios, Salvador mío. Celebro tu nombre, porque tú has sido mi ayuda y mi protector. Tú has salvado mi cuerpo de la perdición, de los lazos de la lengua maligna y de los labios mendaces; y ante mis adversarios te has hecho mi defensor. En la inmensidad de tus misericordias me has librado de los que rechinaban de dientes, prontos a devorarme, de las manos de los que buscaban mi vida, y de las tribulaciones que me cercaban, de la violencia de las llamas que me rodeaban, y en medio del fuego, no he sentido quemadura; tú me has sacado del hondo abismo de la tumba, de los labios impuros y de las palabras

lingua coinquinata, et a verbo mendacii, a rege iniquo, et a lingua injusta: laudabit usque ad mortem ani-ma mea Dominum: quoniam eruis sustinentes te, et liberas eos de manibus gentium, Domine Deus noster.

*Salmo 44.8*

DILEXISTI justitiam, et odisti iniquitatem. *Ÿ*. Propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ.

*Salmo 44.15,16*

ALLELUIA, alleluia. *Ÿ*. Adducentur regi virgines post eam: proximæ ejus afferentur tibi in lætitiâ. Alleluia.

*Mateo 25.1-13*

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Simile erit regnum cœlorum decem virginibus: quæ accipientes lampades suas, exierunt obviam sponso et sponsæ. Quinque autem ex eis erant fatuæ, et quinque prudentes: sed quinque fatuæ, acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum: prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Moram autem faciente sponso, dormitaverunt omnes et dormierunt. Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, et ornaverunt lampades suas. Fatuæ autem sapientibus dixerunt. Date nobis de oleo vestro: quia lampades nostræ exstinguuntur. Responderunt prudentes, dicentes: Ne forte non sufficiat nobis, et vobis, ite potius ad vendentes, et emite vobis. Dum autem irent emere, venit sponsus: et quæ paratæ erant, intraverunt cum eo ad nuptias, et clausa est janua. Novissime vero veniunt et reliquæ

mentirosas; de la calumnia de una lengua injusta ante el rey. Alabará mi alma al Señor hasta la muerte, porque tú salvas del peligro a los que en ti esperan, y los libras de las manos de las naciones, Señor Dios nuestro.

GRADUAL

Has amado la justicia y odiado la iniquidad. *Ÿ*. Y el Señor, tu Dios, te ha ungido con el óleo de la alegría.

ALELUYA

Aleluya, aleluya. *Ÿ*. Es conducida al rey, seguida del cortejo de las vírgenes sus compañeras; se las conduce en alegría. Aleluya.

EVANGELIO

En aquel tiempo: Dijo Jesús a sus discipulos esta parábola: Semejante será et reino de los cielos a diez vírgenes que, tomando sus lámparas, salieron al encuentro del esposo y de la esposa. De ellas, cinco eran necias, y cinco prudentes. Las cinco necias, al coger sus lámparas, no llevaron aceite consigo ; mas las prudentes, con las lámparas, tomaron aceite en sus vasos. Como tardase en venir el esposo, se adormecieron todas y se durmieron. A la media noche sonó un grito : He aquí el esposo que llega. Salidle al encuentro. Despertaron entonces todas aquellas vírgenes, y aderezaron sus lámparas. Las necias dijeron a las prudentes: Dadnos de vuestro aceite, pues se apagan nuestras lámparas. Respondieron las prudentes: No sea que no nos baste para nosotras y para vosotras; mejor es que vayáis a los que lo venden, y compréis el que os falta. Mientras iban éstas a comprarlo, vivo et esposo, y las que estaban preparadas, entraron con él a las bodas, y se cerró la puerta. Al fin vinieron

virgines, dicentes: Domine, Domine, aperi nobis. At ille respondens, ait: Amen dico vobis, nescio vos. Vigilare itaque, quia nescitis diem, neque horam.

*Salmo 44.15,16*

AFFERENTUR Regi virgines post eam: proximæ ejus afferentur tibi in lætitiâ, et exultatione: adducentur in templum Regi Domino.

SUSCIPE Domine munera, quæ in beatæ Catherinæ Virginis et Martyris tuæ solemnitate deferimus: cujus nos confidimus patrocinio liberari. Per Dominum.

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Cœli, cœlorumque Virtutes ac beata Seraphim socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti, jubeas, supplici confessione dicentes:

*Salmo 118.78,80*

CONFUNDANTUR superbi, quia injusta iniquitatem fecerunt in me ego autem in mandatis tuis exercebor, in tuis justificationibus, ut non confundar.

AUXILIENTUR nobis, Domine, sumpta mysteria: et, intercedente beata Catherina Virgine et Martyre tua, sempiterna faciant protectione gaudere. Per Dominum.

también las otras virgenes, diciendo : ¡Señor, Señor, ábrenos! Pero él respondió: En verdad os digo, no os conozco. Velad, pues, ya que no sabéis el día ni la hora.

OFERTORIO

Es conducida al rey con el cortejo de las vírgenes, sus compañeras; se las conduce en la alegría; hacen su entrada en el palacio de su Rey y Señor.

SECRETA

Recibe, Señor, los dones que te ofrecemos en la solemnidad de tu santa virgen y mártir Catalina., con cuyo patrocinio confiamos vernos libres de todo mal. Por nuestro Señor Jesucristo.

PREFÁCIO COMÚN

En verdad es digno y justo, equitativo y saludable, que en todo tiempo y lugar, te demos gracias, Señor, santo, Padre, omnipotente y eterno Dios, por Cristo nuestro Senor. Por quien los Ángeles alaban a tu majestad, las Dominaciones la adoran, tiemblan las Potestades, los Cielos y las Virtudes de los cielos, y los bienaventurados serafines la celebran con igual júbilo. Te rogamos que con sus alabanzas recibas también las nuestras cuando te decimos con humilde confesión:

COMUNIÓN

Confundidos sean los soberbios que injustamente me oprimen. Sea irreprochable mi corazón en tus leyes, para que no tenga que sonrojarse.

POSCOMUNIÓN

Ayúdenos, Señor, el sacramento que hemos recibido; y por la intercesión de tu santa virgen y mártir Catalina., haga que gocemos de la protección eterna. Por nuestro Señor Jesucristo.